

b Victorin. in Apoc. 20. 5. i Raban. in Deut. 1. 1. e. 11. k Cornel. a Lap. in Apoc. cap. 20. 5.

I Bellarm. 1. 3. Roman. Pontific. c. 3. m Genebr. 1. 1. Chronographia p. 2. n Feuardent. notis in S. Irenaeum. o August. in Psal. 89. p Ath. 1. 6. q Andreas. & Aretas in Apoc. 20. 5.

r Malvend. 1. 1. de Antichristi. c. 30. Procul dubio assertio est falsissima, & intolerabilis, & graviolem censuram, ut par est, sacro Ecclesiae Tribunali reservantes. s Suarez. tom. 2. disp. 53. sect. 4. Soto. 4. disp. 43. q. 2. art. 2.

t Galatin. 1. 4. c. 20. Finus 1. 5. c. 11. Sixt. Senens. Biblioth. 1. 5. annot. 100. u Apollin. Laodiceo. apud Hieronymum. in Dan. 9. x Philastr. de haeresi. y August. de Civit. 1. 18. c. 55. z Vincent. Ferr. Ep. ad Benedict. XIII. a Apud Perer. in Genes. 1. 1. ad finem. b Habac. 3. 2. c Christian. Drut. in Matth. 16.

Victorinus in Apocalypsim (b), Rabanus Maurus in Deuteronomium (i), Germanus Archiepiscopus Constantinopolitanus, Julius Hilarion, Isidorus, & alii plurimi, quos Cornelius à Lapide in Apocalypsim allegat (k), qui & hanc sententiam vero simillimam vocat: fatetur tamen 6000. annorum terminum non esse arcte accipiendum, sed late, & moraliter, itaut Mundus septimum millenarium non excedat, imò & sextum paulò prætergrediat. Bellarminus (l), Genebradus (m), Feuardentius (n), alique huic opinioni favere videntur, vel eam saltem aperte non oppugnant.

Augustinus verò, quem inter sententiarum hujus fautores adnumeravimus, alibi acrius invehitur (o) in illos, qui 6000. annorum numerum Mundi aetati determinant, cum certum postremae diei tempus & horam unius Patris cognitioni reservatam esse Jesu Christo in Evangelio pronunciaverit (p). Aretas Cretensis (q). Millenarium opinionem recenset, qui 6000. annis transactis Justos tantummodo resurrecturos, aliis deinde 1000. peractis omnes omnino homines ad vitam revocandos fore arbitrabantur. Quam tamen sententiam, quòd ab Ecclesià comprobata non fuerit, prorsus rejicit. Beda etiam eandem improbat, & inanem & nugatoriam appellat, cujus exemplum plurimi recentiores sequuti, eorum alii veluti omnino falsam spernunt (r), alii veluti argumentis destitutam derelinquunt (s), alii demum suspenses sententiam, quæstionem ab eventu dirimendam remittunt (t).

Apollinarius Laodiceus, quem citat Hieronymus (u), post annos 434. ab Imperantis Claudii anno octavo, Prophetam Eliam reverenturum, ab eoque Templum, & Jerusalem trium annorum & dimidii intervallo restituentem; Anti-Christum denique adventurum tuebatur. Alii, quorum meminit Philastrius (x), à Christi adventu annis 365. Mundi aetatem determinabant. Nonnulli fuere, quos allegat Augustinus [y], qui ab Jesu Christi Ascensione usque ad mundi interitum 400. seu 500. nonnulli etiam, qui 1000. annos numerarent. Alii denique Christi Religionem nonnisi annis 365. constitutam arbitrabantur.

S. Vincentius Ferrerius (z) quorundam meminit, qui à Christi Nativitate usque ad Mundi exitum tot annos constituebant, quot in Psalterio sunt versiculi (1537. circiter.) Alii (a) tot annis à Christi adventu mundum permanurum ferebant, quot à mundi initio ad diluvium usque intercessere, (nempe 1656.) alii verò, quot ab orbis exordio usque ad ipsius Christi nativitatem evoluit fuerant, (4000. circiter) quam opinionem referebant ab illo (b); Dominus, opus tuum in medio annorum notum facies. Christianus Drummarus (c), Corbejensis Monachus, qui saeculo nono florebat, scriptam Veterum Traditionem profert, qua octavo Kalendas Aprilis, die nempe 25. Martii. Mundus creatus; eadem die Dominus Carnem assumpsisse, eadem

demque occubuisse, eadem denique mundus evertendus dicebatur. Quæ ita leviter pendimus, ut in iis refellendis nil immo-remur.

Veterum plures eà nocte Mundum destitutum statuunt, qua Jesus Christus vivos & mortuos judicaturus descendet, cum eo tempore, quo minus de ejus adventu cogitabitur, prodibit velut fur, qui parietes per noctem perfodit. Ducuntur autem iis Petri verbis (d): *Adveniet Dies Domini, ut fur in nocte: illis etiam Evangelii (e): Media nocte clamor factus est: Ecce Sponsus venit, exite obviam ei.* Hieronymus Dominum per noctem adventurum Apostolicam traditione consistere asserit. Ea propter Paschatis nox in Templo transigi consueverat; & Episcopus domum, nonnisi post actum noctis dimidium, populum dimittebat; quòd eo ipso tempore, quo aliàs Egypti Primogenitos percussit, Dominus adventurus crederetur. Lactantius (f), Cælo sub noctem mediam patefacto, maximo præcunte lumine Jesu-Christum, ut Anti-Christum oppugnet, descensurum arbitrat: *Tum calum intempestâ nocte patefecit, & descendit Christus in virtute magna, & antecedit eum claritas ignea.* Eandem Traditionem Chryso-stomus (g), Theophylactus, & Euthymius referunt, ejusque etiam fit mentio in Carminibus quibusdam, quæ unum ex Sibyllis tribuunt (h).

Alii Dominum diluculo adventurum enunciant, ut his Prudentii carminibus (i), quæ suis precibus Ecclesia interferit.

Et mane illud ultimum
Quod præsolamur cernui,
In lucem nobis effluat,
Dum hoc canore concrepat.

S. Thomas (k), Toftatus [l], Suarez (m) Judicium meridiæ eventurum putant; quod utique in incertum revocari non potest, cum lux, ignis, Majestas, quæ Divinum Judicem comitabuntur, eo lumine noctem perfunderent, ut hæc à meridiæ secerni non possit.

Mundum totum illico non evertendum nonnulli aurumant, sed paulatim totus millenarii intervallo: quod, ut vidimus, à Talmud insinuat (n). Verumtamen, quidam Judæorum (o) Doctores unâ die, vel etiam uno momento dissolvendum ferunt; & ita explicant illud ex Talmud allatum: *in uno.* Hæc sanè hac de re certò scimus: Mundum nempe ab igne absumendum (p); Dominum, cum minus de ejus Judicio cogitabitur, adventurum (q); momento, & ictu oculi mortuos resurrecturos (r), diem & horam quam mundus evertetur, & Dominus adveniet, ab hominibus prorsus ignorari (s); inaniter denique ac temerè Judicii tempus & modum investigari, cum id nemini voluerit Dominus relevare. *Et tamen aucti sunt homines præsumere scientiam temporum, quod scire cupientibus Discipulis Dominus ait: Non est vestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate (t).*

d 2. Petr. 3. 10. e Matth. 25. 6. f Lactant. Inst. Epitom. l. 7. de Divin. gram. c. 19. g Chrysof. in Matth. 25. h Sybill. apud Lactant. 1. 7. c. 19. i Prudent. Hym. Cathemer.

k D. Thom. 3. p. in Supplem. q. 77. a3. l Toftat. in Matth. 25. m Suarez 3. p. tom. 2. disp. 57. Vide Cornel. à Lapide in 2. Petr. 3. 10. n Talmud. tract. 4. Sanhedrin. o Rab. Isaac Loria Cabalista insignis apud Monasse Ben-Israel, lococitato. p Psal. 96. 3. & 1. Cor. 3. 13. & 2. Petr. 3. 7. 12. q Matth. 24. 36. 42. 43. & 2. Petr. 3. 10. r 1. Cor. 15. 52. s Marc. 13. 32.

t Vid. S. Aug. in Psal. 8. 4. 40.

ARTICULUS III.

An in saeculorum exitu Mundus ipse immutandus sit, vel quædam ejus tantum, re intacta. An in nihilum redigendus, vel tantum immutandus.

u Isai. 51. 6.

x Apoc. 10. 6.

y Apoc. 21. 1.

z Matth. 24. 35.

a Psal. 101. 27.

b 2. Petr. 3. 10.

c Isai. 65. 17.

d Apud Monasse Ben-Israel de resurrectione Mor-tuorum 1. 3. c. 4.

e Apud August. 1. 7. l. 20. c. 24. de Civitate.

f Recognitionum 1. 2.

g Rom. 8. 19. 20.

DE hac quæstione adhuc discrimen; Scripturæ enim phrasæ, & Patrum, & Theologorum sententiæ eà de re non conveniunt. Autores Sacri quandoque evertendi mundi meminerunt, veluti si in nihilum prorsus esset redigendus, v. g. (u): *Cæli sicut fumus liquefcent, & terra sicut vestimentum atteretur.* Joannes etiam in Apocalypsi (x): *Angelus juravit per viventem in sacula saeculorum, qui creavit Cælum & terram, quia tempus non erit amplius. Rerum creaturarum mensuram tempus esse quis nesciat? Ut igitur tempus esse destituerit; sensibiles etiam creaturæ, successiones, & motus locales esse desistent.* Idem Joannes alibi (y): *Vidi Cælum novum, & terram novam; primum enim Cælum, & prima terra abiit, & mare jam non est.* Jesus Christus apud Matthæum (z): *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non prateribunt.* Quæ dicendi phrasæ plures in novo Testamento. Aperte in Psalmis Cæli perituri dicuntur (a). *Ipsi peribunt, & mutabuntur.* Dicuntur etiam ibidem sicut vestimentum atterendi; Dominus autem in æternum permanens. Cum igitur æternus Domini status Cæli perituri ibi opponatur, in nihilum prorsus hi redigendi esse videntur. S. Petrus aperte inquit (b): *Elementa calore solvantur, terra autem, & que in ipsâ sunt opera, exurentur.* Dominus adhuc per Isaiam (c): *Ecce ego creo Cælum novum, & terram novam; veluti utraque prioribus Cælis & terris omnino in nihilum redactis essent sufficiens.*

Cabalistæ inter Hebræos mundum in nihilum reversionem censent [d]. Porphyrius (e) Christianos ab hoc arguit maxime stultitiæ, quòd istum mundum dicunt esse periturum. Christiani igitur mundum in nihilum penitus dissolvendum sentiebant; si enim novam ei tantummodo formam accessuram putassent, id sanè docuissent, quòd & Philosophi publicè fatebantur. Hæc professò plurimorum Veterum Patrum sententiæ.

Recognitionum Author S. Petrum dicentem inducit [f], duo esse Cælorum genera, quorum alii invisibiles, æterni, atque immutabiles Beatiorum sedem constituunt; alii visibiles syderibus sparsi, & corruptioni aded sunt obnoxii, ut verè sint evertendi; cum homines, quorum beneficium creati fuere, terram incolere desiverint. Alibi etiam, Libro nempe sequenti, eundem Petrum hanc similitudinem exhibentem præfert. Sicuti ovi testa, licet ad ejus conservationem instituta videatur, nihilominus, ut pullus inde egre-

diatur, infringitur; ita mundus iste adimendus est, ut Regni cælestis beatitudo prodatur.

Eorum sententiam S. Basilius evertit (g), qui ex Mundi sphericâ figurâ ejus æternitatem inducunt; & idcirco mundum ad exitum perventurum, quòd principium habuerit, optime ostendit, Scripturæ verba allegans: *Præterit figura hujus mundi: Cælum & terra transibunt.* S. Ambrosius (h) cum Basilio cohæret: *Quæ autem initium habent, & finem habent: quibus finis tur, initium datum constat; & addit, totum mundi globum corruptioni necessariò obnoxium esse, quòd ejus partes à corruptione non sint immunes: Cujus partes corruptioni, & mutabilitati subjacent, hujus necesse est universitatem ipsam passionibus subjacere.* De mundo penitus dissolvendo S. Gregorius Nyssenus (i) idem Fratris sui Basili argumentum urget.

Justinus Martyr, vel ejus nomine alius (k), in Quæstionibus ad Orthodoxos asserit, Cælum & terram post resurrectionem instituenda, ab his omnino alia, alia etiam futura elementa; quibus proude quanto Philosophi, qui Cælus increatos & incorruptibiles sentiunt, errore laboraverint, ostendetur. Hanc sententiam & Catholici plures (l), & plures Protestantium tenentur, v. g. Lutherus, Melancthon, Brentius, Bucerus, Beroaldus, Vorstius, Gerhardus &c.

Plurimi tamen, imò Patrum & Theologorum plerique Mundum non esse prorsus in nihilum redigendum, sed in melius commutandum defendunt. Cui opinioni etiam Scriptura satis favet. Tam in Veteri, quam in Novo Testamento legimus v. g. *Novos Cælos novamque terram à Domino creanda (m).* Et quidem non Cælus alios, aliamque terram, sed novum utrumque, ut utriusque innovatio insinuetur. *Non dixit alios Cælos, ait Hieronymus [n], sed veteres antiquos in melius commutatos.* Cum quis de parvulo adolescens, de adolescente vir, de viro tandem fit senex, toties perisse non dicitur, sed tantum statum mutasse, & in maturiorem ætatem transmigravisse.

Idem etiam asserunt, cum Architectus vetustam domum restaurans, novam excitat; & colonus incultum agrum excolens feracem reddit. Psalmista (o), Cælorum evertionem memorans, vestis, quæ usu atteritur, nomine eam inducit: *usu autem atteri longe aliud est, quam si totum destratur. Ipsi peribunt, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos.* Isaias (p) mundi statum post resurrectionem referens, Solem, & Lunam velut antea effulsura, sed radiis multò fulgidioribus, restatur. *Et erit Lux Luna sicut lux Solis, & lux Solis erit septem plurius sicut lux septem dierum.*

Omnes creaturæ, teste S. Paulo (q), se vanitati obnoxias ingementes, à corruptionis servitute eripi, & in libertatem gloria Filiorum Dei asseri optant. Ille igitur innovari, & in meliora converti, non verò in nihilum prorsus redigi appetunt.

g Basl. hom. 1. in Hexameron.

h Ambros. in Hexameron. l. 1. c. 3.

i Gregor. Nyssen. de creatione hominis c. 14. k Justin. seu alius quasi ad Orthodoxos. qu. 93. 94. 95.

l Catharin. Salmeron, Serarius, Hieron. Magius, Franc. Vallesius, Lud. Molina, & alii apud Cornel. à Lapide in Isai. 34. 4. & 2. Petr. 3. 10. m Isai. 65. 17. & 66. 22. n Hier. in Isai. 51. & 65.

o Psal. 101. 27. 28.

p Isai. 30. 26.

q Rom. 8. 19. 20.

x Matth. 24. 35. & 5. 18. Luc. 21. 33. s. i. Cor. 7. 31. 2. Petr. 3. 10.

tunt. Calum, ait Dominus (r), & terra transibunt; Paulus etiam: Præterit figura hujus mundi (s). Non igitur mundus & Cæli in nihilum revertentur, sed ad formam perfectiorem tantummodo transmigratur dicuntur. S. Petrus in loco hac de re omnium apertissimo hæc habet (t): *Adveniet dies Domini ut fur, in quo Cæli magno impetu transibunt, elementa vero calore solventur; terra autem, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Ex his, quæ huc usque attulimus, Mundi in nihilum reversio minime probatur.

Ex Dei revelatione universum ex nihilo creatum certò scimus; at esse in nihilum iterum convertendum à Deo nullibi adhuc accepimus. Omnia in nihilum à Deo redigi posse fatemur; an verò redigenda, per Scripturas minime patet. Quid sit redigi in nihilum, nos utique non percipimus.

u Eccle. 3. 14.

Omnia Dei opera in æternum perman- sura Salomon asseverat [u]: *Didici quid omnia opera, quæ fecit Deus, perseverent in perpetuum.* Quod explicans S. Gregorius Magnus (x), Scripturam Scripturæ conciliat, quæ modò in æternum terra permanere dicitur, modò Cæli transibitur asseritur. Cæli, inquit, per eam, quæ nunc habent, imaginem transeunt; sed tamen per essentiam sine fine subsistent. Cum verò novos Cælos, novamque terram Scriptura memorat, non alia creanda præfert, sed innovanda: *Non alia condenda sunt, sed hæc ipsa renovantur.* Hanc denique innovationem cum eâ confert, quam qualibet anni tempestate videmus, cum hyems æstatibus, hyemi ver succedit; terra enim, licet imaginem suam tunc mutet, naturam utique nunquam innovat.

y Epist. Barnab. p. 55.

Author Epistolæ S. Barnabæ (y) Solem, Lunam & astra non destruenda, sed à Deo mutanda testatur. Philo, seu ejus nomine alius, in Libro, *An mundus corruptibilis sit*, mundum corrupti, seu destrui non posse, sed tantum aliquâ ex parte innovari, fusè ostendit.

z Justin. seu alius quæst. 95. ad Oribedox.

S. Irenæus & Veteres omnes, qui Mil- lenariorum opinionem defenderunt, post primam resurrectionem, mundum & terram eandem constitutam, feraciorum verò, & his, quibus nunc subjacet, mutationibus & vicibus minime obnoxiam, putabant. S. Justino Martyri (z), quem sententia de mundi omnimodâ everfione fau- torem supra allegavimus, ea tantummodo mens fuit, ut Philosophos illos resel- leret, qui mundum incorruptibilem, æter- nomque pronunciabant. Caeterum ipse novi Cæli, novæque terræ meminit, ubi pro- bi & improbi suorum operum vel penam, vel præmium consequentur. Tandem Scri- pturæ adhaerens, terram & Cælos transi- turos, non verò penitus evertendos affir- mat. Ipse Basilus mundum ad exitum, quidem perventurum, non in nihilum rever- surum probat; eaque addit Scripturæ, verbatim Præterit figura hujus mundi: *Calum & terra transibunt*: ad utrumque, mundi nempe consumptionem, atque ejusdem in melius innovationem, posse referri (a).

2 Basil. hom. 1. in Hexæ- meron. p. 4.

Nemo tamen suam luculenter aded sen- tentiam aperuit, quemadmodum Augusti- nus (b), quo teste, igne illo, quo postre- mâ die mundus ardebit, corruptibiles ele- mentorum qualitates, quæ corruptibilibus nostris corporibus congruebant, absumen- tur, & in qualitates, quæ corporibus immor- talibus conveniant, mutabuntur: *Ut scilicet mundus in melius innovatus, aptè accomodetur hominibus, etiam carne in melius innovatis.* Alibi etiam terram & Cælos innovandos, non evertendos affirmat (c): *Mutatione namque, verum non omnimodo in- teritu transibit hic mundus. . . . Figura ergo præterit, non natura.* Ignem etiam, quo mundus in sæculorum exitu flagrabit, cum diluvii aquis confert (d); & phrasas, quas utrinque Scriptura adhibet, invicem con- fert; utrinque enim mundus dicitur peri- turus (e). Sicut igitur per eam vocem pe- rire mutationem confecto majorem à dilu- vio terris inferendam Scriptura significa- vit; ita cum in sæculorum exitu mundum periturum asserit, ejusdem innovandas esse qualitates, non substantiam absumendam significat.

Proelus, & Methodius apud Epiphani- um [f] mundi tantum aliqua immutanda esse arbitrantur; quam opinionem fusius pro- bans Oecumenius (g), Terra, inquit, & elementa penitus non dissolventur, sed quemadmodum nos metalla flammis com- mittimus, ut puriora fiant & pretiosiora; ita Deus, cum per ignem mundum absumere intendat, de eodem in nihilum redigendo minime cogitat. Ea verò tantummodo evertet, quæ huic mortali, & per- tura vitæ inserviunt, animalia nempe, arbores, & id omne, quod ad immortalitatis, & incorruptionis statum, quo cor- pora post resurrectionem donabuntur, non pertinent. Caetera verò in melius perfe- ctiusque redacta, ad novi Cæli, & terræ novæ, seu innovatæ venustatem, & ad Justorum, qui tunc vivent, voluptatem, conservabit. Sicut, addit, qui novam do- mum edificat, ex nihilo eandem non exci- tat; ita Deus à Cælis & terris nunc ex- stantibus novos Cælos, novosque terras post Judicium componet, & perfectiori sta- tu donabit. Vide & Cyrillum in Isaiam (h).

An hæc elementa, quibus corpora omnia constant, post resurrectionem perman- sura sint, adhuc discrimen. S. Petrus (i) per calorem solvenda asserit. S. Joannes mare desitutum enunciat: *Mare jam non est (k)*. Revera cui mare tunc inserviat, cum desinent pisces, & pluvia, & navi- gatio cessabit? Ven. Beda in hunc Apoca- lypsis locum, & in secundam Petri c. 3. mare post Judicium amplius non extitu- rum liquidò asseverat; cui subscribere vi- dentur Andreas Cretensis, Aretas, Haymo, Rupertus, & D. Anselmus, seu ejus nomi- ne Apocalypsis Interpres. S. Augustinus, quid decernat, incertus (l), *Utrum, ait, illo maximo ardore succetur, an & ipsum ver- tatur in melius, non facile dixerim.*

S. Thomas hac de re (m) geminam sen- tentiam refert; alteram eorum, qui qua- tuor elementa reipia permanentia, quali-

b August. 1. 20. de Civit. c. 16.

c Aug. 1. 20. de Civit. c. 34.

d Idem c. 18.

e 2. Petr. 3. 6. Cæli erant prius, & terra de aquâ, & per aquam consistens Dei verbo, per qua ille tunc mundus aquâ inundatus per- iit.

f Epiph. hæres. 64.

g Oecumen. in 2. Petr. 3.

h Cyrill. 1. 4. in Isai. cap. 51.

i 2. Petr. 3. 10.

k Apoc. 21. 2.

l Aug. 1. 20. de Civit. c. 16.

m D. Thom. in 4. dist. 47. quæ. 2. a. 2.

tates verò naturales desituras putant; al- teram eorum, qui ignem & aquam adi- mendam, aerem verò & terram in melius redactam constitutam arbitrantur. Utram- que tamen S. Doctor rejicit; primam quòd neque argumentis neque Scripturâ ostendi possit, quare quæ Deus ab initio creavit, insitis suis qualitatibus expolianda sint; alteram verò, quòd probari nequeat, cur ignis potius & aqua destruenda sint, quàm aer & tellus; cum singula quatuor ele- menta ad universi perfectionem, & comple- mentum conferant. Addit præterea, ignem, quo omnia exurentur, ad ignis regionem, quæ aeri supereminet, non perventurum; quare ignis elementaris obnoxiam minime fiet incendio, quo mundus conflagrabit.

n Aug. de Ci- vit. 1. 20. c. 14. 16. 18. 24. O Vid. Gregor. Magn. 1. 17. Moral. c. 5. Damascen. 1. 2. de Fide c. 6. Scholastic in 4. Sentent. dist. 47. 48. Tena in c. 1. ad Hebr. In- terpr. ad 2. Petr. 3. 10. p. 2. Petr. 3. 10. q Aristot. 1. 1. de Generation.

S. Augustinus [n], cui utique Theolo- gorum omnium præstantissimi adherent (o), ea S. Petri verba, *Cæli magno impetu transibunt (p)*, ad Cælos tantummodo ae- reos, qui sæpissimè cæli vocantur, v. g. *aves Cæli*, referenda esse tuetur. Argu- menta verò, quæ Scriptorum plerique ex- hibent, rem omnino non probant. Ajunt 1. Sicut aqua diluvii non nisi cubitis quin- decim montes altissimos fuit supergref- sa, ita & ignis mundi everfor eos fines non præteribit. 2. Cæli superiores, Fir- mamentum Astrorum sedes, cum juxta Ari- stotelem (q) incorruptibiles conditi fue- rint, nullo detrimento per ignem afficien- tur. 3. Cum idem Cæli nil ad flagitia, quibus homines creaturis abusi sunt, con- tulerint, neque per ignem tunc erunt ex- piandi.

Quæ omnia utique refelli possunt. 1. Ignem altissimos montes non nisi cubitis quindecim prætergressurum nullibi con- stat; aliàs neque sphaeram ignis attinget; quod iis repugnat, qui per ignem Cælos aereos expiandos statuunt. 2. An Cæli su- periores incorruptibiles verè sint, adhuc est discrimen. Philosophi recentiores Sole clarioribus, ut sibi suadent, argumentis eisdem potius corruptioni obnoxios ostendunt. 3. Si quòd homines creaturis, ele- mentis, metallis &c. abusi sint, idcirco ea omnia per ignem expianda; utique & expiando Cæli, astra, Sol, Luna, quibus homines eo usque abusi sunt, ut in ea di- vinos etiam honores contulerint.

Eorum quidem argumenta, qui Cælos & astra per flammam expianda tuentur, his, quæ modò rejecimus, validiora mini- mè esse fatemur. Ea propter neque in eam sententiam omnino descendimus, neque ve- luti certam tuemur. Philosophorum eam defendentium auctoritatem nihili facimus; cum id, de quo hic discrimen, eorum sus- fragiis non sit dirimendum. Patrum fidem, quæ majoris habeatur, dignam ducimus; ex iis tamen paucissimi eidem sententiæ adhaerent. Nihil utique ab Ecclesia eâ de re constitutum. Porro ipsum sententia- rum discrimen id exposcit, ut nulli, quin discutiantur, adhaereamus. Hujus ultimæ de Cælis per ignem expiandis fautores, solis conjecturis innituntur; caeterum mundi systema, cui subscribunt, à Philosophorum plerisque in præsentia rejicitur, neque ex- Differt. Calmet Tom. II.

li solidi, & ab igne velut aenea fornix im- munes amplius habentur.

Ut igitur Scripturæ phrasas explanemus, & difficultates eâ de re solvamus, hæc sta- tuimus; terram nempe, & caetera ejus om- nia, ab igne comburenda, & in melius, perfectiusque innovanda; Cælos, aerem, videlicet, seu atmosphæram concreman- dum; terram denique, & aerem post re- surrectionem nulli ex his, quæ nostro cor- ruptionis, & mortalitatis statui modò con- gruunt, mutationibus obnoxiam futu- ram: (r) *ut mundus in melius innovatus, aptè accomodetur hominibus etiam carne in- novatis.*

r August. de Civit. 1. 20. c. 16.

ARTICULUS VI.

De terra post Resurrectionem statu.

Quæstio hæc ad eos tantum pertinet, qui terræ qualitates post resurrectionem innovandas, non ejusdem substantiam in- nihilum redigendam censent. S. Thomas (s) aquam instar crystalli nitidam; aerem instar cæli limpidi; ignem, velut sol & astra, rutilantem; terræ denique superfi- ciem, ceu vitrum, pellucidam futuram ar- bitrantur. Quomodo interius terra inno- vanda sit, non meminit; alii tamen Scho- lastici omnem omnino pellucidam autu- mant; præter inferos, qui ad pœnarum incrementum caligine, & tenebris obvol- ventur. Hæc terræ perspicuitas, juxta Pa- ludanum (t), & Suarez [u], usque ad In- fantium Limbum pertinet; plus enim ni- mio miseri essent, si æternis tenebris of- funderentur.

s S. Thom. in 4. dist. 48. quæ. 2. art. 4.

t Paludan. in 4. dist. 28. u Suarez 2. 2. 3. part. disp. 56. sect. 2.

Cæli etiam, juxta eisdem Authores, amplius non movebuntur, neque diei, & noctis vicibus subjicientur, sed & ipsi, & elementa immutabilia consistent. *Non erit, ait Isaias, tibi amplius. Sol ad lucendum per diem, nec splendor luna illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam; & Deus tuus in gloriam tuam. Non occi- det ultra Sol tuus, & Luna tua non minue- tur, quia erit tibi Dominus in lucem sempi- ternam (x)*. S. etiam Joannes in Apocaly- pli (y): *Civitas non eget Sole, neque luna ut luceant in eâ, nam claritas Dei illumi- nabit eam, & lucerna ejus est Agnus. Et alibi (z): Et nox ultra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos.* Isaias nihilominus alibi ait (a): *Et erit lux luna sicut lux solis, & lux solis erit sep- templaciter, sicut lux septem dierum.* Terra itaque eadem semper luce fulgebit, neque ullâ temperamenti mutatione afficietur. Astra & elementa & sibi, & nobis semper eadem, ab iis vicibus, quibus nunc subja- cent, prorsus immunita conspicientur. S. Hieronymus tunc Solem eclypsi, aut qua- cumque alterâ defectione nunquam labora- turum (b) censet.

x Isai. 60. 19.

y Apoc. 21. 25.

z Apoc. 22. 5.

a Isai. 30. 26.

b Hieronym. in Abac. 3.

Qui Solem post resurrectionem amplius non occasurum, neque terras circuiturum asserunt, iis fortè arrideant, qui Antipo- das negant, aut iis, qui Solem verè cir- H h ca